



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione
Excerptæ

Sargar, Eliseus

Augustæ Vindelicorum, 1720

An audiendus pœnitens sine Examine prævio. n. 125.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

De essentia Sacramenti Pœnitentiæ 79

ostendi sibi hominem absque capite, manibus
ac pedibus, ita hic Studiosus inepte petit
Sacramentum Pœnitentiæ absque Confessio-
ne & Contritione: etenim sicut homo dari ne-
quit sine partibus integrantibus (non obsta-
te, quod hæc non sint de essentia hominis, ita
non potest dari Sacramentum Pœnitentiæ abs-
que Confessione dolorosa, licet ejus essentia
consistat in sola Absolutione, quia Confessio
& Contritio sunt ejus partes integre, aut
certè conditio sine qua non. Itaque malè in-
formatus Studiosus debuit æquè apud Confes-
sarium Franciscum deponere suorum pecca-
torum Confessionem dolorosam, ac apud alium
alioquin sine Absolutione dimittendus.

**De examine ante Confes-
sionem.**

CONFERENTIA II.

Rusticellus ingressus Ecclesiam, in salutato
Venerabili Sacramento, immediate acce-
dit Confessionale dicens ad Confessarium,
Domine Pater vellem confiteri, examines
me, ne aliquid oblivione sepultum maneat.
Quæritur, an Confessarius teneatur illum ex-
aminare, an verò dimittere, ut ipsemet confes-
sionem suam examinet.

RE.

RESOLUTIONEM dat Cone. Trid. sess. 14. c. 5. his omnino verbis : Ex his colligitur oportere à fidelibus omnia peccata mortalia, quorum peccat diligentem sui discussionem conscientiam habent, in Confessione recenseri. Ecce, vides requiri diligentem conscientie discussionem; quomodo ergo hic Rusticellus potuit integre et recte confiteri, qui nil minus, quam de peccatis suis cogitavit; dimittendus proinde talis est, ut se prius examinet, nisi tam rudis sit, ut proprio studio id facere nequeat: aut salutis suæ tam incurius, ut, ad Confessionem redire non velit. Neque enim ullo modo tollerandus est abusus quorundam, qui nil volunt confiteri, nisi quod interrogantur; hoc namque tantumdem est, ac velle tacere peccata, quæ non interrogantur; quod utique idem est, ac esse indilpositum ad Absolutionem.

CONFERENTIA III.

126. **M**ulti solent se accusare de malis cogitationibus, quodque fuerint immodesti; an hi sufficienter conscientiam examinarint?

R. Hunc modum se examinandi, esse valde rudem ac inanem; quid enim Confessarius inde colliget? fortè quòd Turcarum Soldano volueris nasum amputare: aut proximo, crucem aut furcam opraveris, an in-

sta